



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XXXVIII. De Pœnitentiis, & remissionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

essione auditum, deponendus est ab Officio Sacramentali, & in arctum Monasterium detrudendus ad agendam perpetuam poenitentiam, c. *Omnis*. 12. h. t. n. 11. Declaratur n. 12. & 13. Utrum prohibitum sit, non tantum revelare peccatorem, sed etiam peccatum sibi in Confessione detectum, n. 14. Item precipitur Medicis vocatis ad infirmos, ut ante omnia inducant infirmum ad confessionem, alioquin ab ingressu Ecclesie arceantur, donec competenter satisfecerint, c. *Cum infirmitas*. 13. h. t. n. 15. & 2. seqq.

§. V. An Confessio illius, qui dicit, se non posse abstinere à peccato, sit admitenda?

Non est verè poenitens, qui peccandi propositum non deponit: admittitur tamen ejus confessio, ut ad poenitentiam salutaribus monitis inducatur, c. *Quod quidam*. 5. h. t. n. 18. & seq.

§. VI. De Confessione mulieris, quæ partum alienum sibi supposuit, vel proprium ex adulterio suscepit.

Sicut non est deneganda poenitentia mulieri, quæ ex adulterio concepit, & genuit prolem, ignorante marito, quia ex timore non vult hoc marito aperire: sic etiam non est deneganda poenitentia mulieri, quæ infcio viro supposuit partum adulterum, ne hereditas mariti transeat ad alios, præsertim extraneos, c. *Officii*. 9. h. t. n. 20. Declaratur n. 21. & seq. Abbatisa non potest Moniales suas benedicere, nec Confessiones earum audire, nec publicè prædicare, c. *Nova*. 10. h. t. n. 23.

§. VII. An poenitentia, & quænam alia, tempore generalis Interdicti, sint concessa, vel non: & an damnatis ad mortem poenitentia sit concedenda?

Tempore Interdicti conceditur poenitentia, & Viaticum morientibus: & Clerici, qui servarunt interdictum generale, possunt cum silentio, id est, sine solemnitatibus, & campanis, in cæmeterio sepeliri, Item in Ecclesiis Conventualibus possunt binia aut terni Horas Canonicas simul recitare, sine cantu, januis clausis, & exclusis excommunicatis, & interdictis, & ita submissè, ut exterius non audiantur. Denique Crucis signatis, & peregrinis poenitentia concedi potest, c. *Quod in re*. 11. h. t. n. 24. & 25. Sed & damnatis ad mortem Sacramentum poenitentiae, si id petant, concedi debet, non obstante contraria consuetudine, *Clem.* 1. h. t. Imò etiam Sacramentum Eucharistiae, five Viaticum, n. 26.

§. VIII. De quæstoribus elemosynarum.

Quæstores elemosynarum, sine Apostolicis, vel Diocesananis Litteris admitti non debent, nec populo proponant ultra id, quod in ipsis Litteris continetur, & debent esse modesti, nec in tabernis, vel aliis locis incongruis hospitentur, & inutiles faciant expensas, c. *Cum ex eo*. 14. h. t. n. 27. Non debet etiam quæstoribus v. g. pro fabrica Ecclesie dari facultas citandi alios, sed solum charitative eos monere possunt, c. 1. h. t. in 6. n. 28. Et Archiepiscopi in concedendis Indulgentiis non excedant Statutum Concilii Generalis in c. *Cum ex eo*. 14. h. t. n. eod. Denique Quæstores non esse admittendos, sine Litteris Apostolicis, vel Diocesananis, repetitur in *Clement.* 2. h. t. Et per Diocesanos Litteras Apostolicas examinari debere, & ipsos quæstores, eorumque excessus per

Tomus V.

Episcopos puniri debere, non obstantibus privilegiis, num. 29. Quid Jure novo Concilii Tridentini statutum sit circa quæstores elemosynarios, num. 30. & 31.

§. IX. Quinam habeant privilegium eligendi sibi Confessarium?

Episcopi, iisque superiores, & Prælati inferiores exempti possunt sibi eligere Confessarium, etiam sine licentia sui Superioris, c. *ult.* h. t. n. 32. & 2. seqq. Quando Episcopus concedit suo subdito, ut sibi possit eligere idoneum Confessarium, electus non potest absolvere à casibus reservatis Episcopo: nullà quoque potest consuetudine induci, ut quis, sine licentia Superioris sui, possit sibi eligere Confessarium, c. 2. h. t. in 6. n. 35. & seq.

SECTIO II. De Remissionibus, seu Indulgentiis.

§. I. Quid sit Indulgentia, & quod sit?

ASSERTIO I. Indulgentia est remissio pænæ temporalis debitæ Deo, propter peccata actualia commissa post Baptismum, & remissa quoad culpam, extra Sacramentum, facta per applicationem satisfactionis Christi, & Sanctorum, *Extravag.* 2. h. t. n. 37. & 38. Ass. 2. Indulgentia alia est plenaria, per quam tota pænna in purgatorio pro peccatis luenda remittitur; alia partialis, seu non plena, per quam pars tantum aliqua pænæ temporalis remittitur, num. 39. Rursum Indulgentiæ aliæ dantur pro vivis, aliæ pro defunctis, cit. n. 39.

§. II. Quinam possint concedere Indulgentias?

ASSERTIO I. S. Pontifex potest Indulgentias plenarias, & non plenarias, omnibus fidelibus concedere, cit. *Extravag.* 2. n. 40. Ass. 2. Episcopi possunt concedere Indulgentias in suis Diocesis, sed limitatè tantum, ita ut in Dedicatione Basilicæ ultra annum, & in anniversario Dedicationis, & in Litteris Indulgentiarum ab Episcopo concessis remissio ultra XL. dies excedere non debeat, c. *Cum ex eo*. 14. §. *Ad hæc*, h. t. n. 41. & seq. Quòd si Indulgentiæ concessæ ab Episcopis excedant annum, vel XL. dies, ex non valent, c. 3. & *ult.* h. t. in 6. n. 43. Ass. 3. Episcopi suis tantum subditis Indulgentias concedere possunt, non alienis, & extraneis, c. *Quod autem*. 4. h. t. Et pro vivis tantum, non autem pro defunctis, n. 44. Ass. 4. Archiepiscopus visitans Provinciam potest etiam Indulgentias concedere, sed non ultra statutum cit. c. *Cum ex eo*. §. *Ad hæc*, h. t. n. 45. Utrum Prælati inferiores Episcopo, vi consuetudinis legitime præscriptæ, possint Indulgentias concedere, n. 46. Etiam exempti possunt lucrari Indulgentias Episcopales, n. 47.

§. III. De anno Jubilæo.

In primis centesimo quoquo anno concessa fuit plenissima peccatorum venia visitantibus Basilicas SS. Apostolorum Petri, & Pauli, *Extravag. Comm.* 1. h. t. n. 48. Postea verò quinquagesimo quoquo anno, *Extravag.* 2. eod. n. 49. Denique annus Jubilæus ad brevius tempus redactus fuit, ut videlicet XXV. quoquo anno celebraretur, *Extravag. Quemadmodum*. 4. h. t. n. 50. Præterea in *Extravag. Epsi.* 3. h. t. plures casus enumerantur, à quibus nullus potest absolvere, sine speciali licentia Sedis Apostolicæ, n. 51. Item in *Extravag. Epsi.* 5. & *ult.* h. t. revocantur multæ Indulgentiæ, & facultates absolendi à casibus in

Ggg g 2

Bulla

Bulla Cœnæ contentis, item commutandi quinque vota Papæ reservata, n. 52.

SERIES CAPITVLORVM.

IN ANTIQVIS.

c. 1. n. 2. & 4.

c. 2. n. 5.

c. 3. n. 6.

c. 4. n. 44.

c. 5. n. 18.

c. 6. n. 10.

c. 7. n. 7. & seq.

c. 8. n. 9.

c. 9. n. 20. & 21.

c. 10. n. 23.

c. 11. num. 24. & duobus
seqq.

c. 12. n. 11. & seq.

c. 13. n. 15. & 17.

c. 14. in princ. n. 27. §.

Qui autem. num. eod. §.

Adhæc. n. 41. 42. 43.

& 45.

c. 15. n. 45.

c. 16. & ult. num. 32. &
seq.

IN SEXTO.

c. 1. n. 28.

c. 2. n. 35. & seq.

c. 3. & ult. n. 43.

IN CLEMENTINIS.

Clement. 1. n. 26.

Clement. 2. n. 29.

IN EXTRAVAGANT.

Communibus.

Extravag. 1. num. 48. &
seq.

Extravag. 2. post princ. n.
38. 39. 40. & 49.

Extravag. 3. n. 51.

Extravag. 4. n. 50.

Extravag. 5. & ult. num.
52.

TITVLVS XXXIX.

**DE SENTENTIA EXCOMMUNI-
cationis, Suspensionis, & Interdicti.**

**SECTIO I. De prima Censura Ecclesiastica, nem-
pe Excommunicatione.**

§. I. Quid, & quoruplex sit Censura?

ASSERTIO I. Censura in genere est poena quædam spiritualis ac medicinalis, privans usu aliquorum bonorum spiritualium per Ecclesiasticam Potestatem inflicta delinquenti, donec à contumacia recedat, n. 1. & 2. **Ass. 2.** Tres tantum sunt censuræ propriè dictæ, excommunicatio, suspensio, & interdictum, n. 3.

§. II. Quid, & quoruplex sit Excommunicatio, & quâ formâ fieri debeat?

ASSERTIO I. Excommunicatio in genere est censura Ecclesiastica, per quam Christianus à Communionem Ecclesiæ, seu aliorum infidelium separatur. Est autem triplex fidelium communicatio, purè interna, purè externa, & media, seu mixta, n. 4. Ubi id declaratur, & n. 5. & 6. **Ass. 2.** Excommunicatio primò dividitur in maiorem, & minorem, c. Si quem. § 9. h. t. & quæ sit maior, quæ minor excommunicatio, n. 7. & 8. Dividitur secundò, excommunicatio in eam, quæ fertur à iure, & eam, quæ fertur ab homine, seu Iudice, n. 9. Tertiò, in eam, quæ ipso facto incurritur, & eam, quæ per sententiam Iudicis infertur. Quartò, alia est excommunicatio iusta, alia iniusta. Quintò, alia generalis, quæ fertur in communi, alia particularis, quæ fertur in particulares personas, cit. n. 9. **Ass. 3.** Ad ferendam excommunicationem non requiritur certa verborum forma, sed satis est, ut congruè exprimat mens excommunicare volentis, num. 10. Modus autem ac forma excommunicandi præscribitur in c. 1. h. t. in 6. num.

11. & seq.

§. III. De effectibus excommunicationis, seu maioris, seu minoris.

Quar. 1. Qui sunt effectus excommunicationis maioris? Resp. Primus effectus est privatio administrationis, seu collationis Sacramentorum, n. 11. Sacramenta tamen administrata ab excommunicato valida sunt, n. 14. Secundus effectus est privatio perceptionis Sacramentorum, ita ut nullus excommunicatus licitè possit ullum Sacramentum percipere, num. 15. Tertiùs est, privatio communium laicis Suffragiorum, n. 16. Quartus est, quod excommunicatus privatur omni usu, & exercitio jurisdictionis Divinis Officiis, quæ ad Ecclesiæ potestatem sollemniter fiunt, n. 17. Quintus est, quod excommunicatus privatur omni usu, & exercitio jurisdictionis Ecclesiasticæ, n. 18. Sextus est, privatio omnis communicationis forensis, ita ut excommunicatus non possit esse Iudex, actor, aut testis in iudiciis in causis civilibus, c. Decernimus. §. h. t. in 6. & 10. Septimus est, privatio omnis communicationis civilis, ac politicæ cum aliis fidelibus, c. Adhæc. §. 29. & c. 41. & c. pen. h. t. in 41. Octavus est, quod excommunicatus non potest officium Ecclesiasticum obtinere, n. 22. Nonus privatio Ecclesiasticæ sepulture, n. eod. **Quar. 2.** Quis sit effectus minoris excommunicationis? Resp. Effectus primarius est, quod privet perceptionem Sacramentorum, alii est, quod excommunicatus ad beneficium Ecclesiasticum assumi non possit, n. 23.

SECTIO II. De causis excommunicationis.

§. I. Quinam possint excommunicari, vel communicari?

ASSERTIO I. Omnes & soli illi habentes statum excommunicandi (id est, qui sunt Christiani, & iure communi & ordinario, qui jurisdictionem Ecclesiasticam in foro externo habent, n. 24. Illi. Excommunicare non possunt laici, nec Cœcæ conjugati, nec femine etiam Abbatisse, aut Moniales, n. 25. **Ass. 3.** Excommunicari possunt omnes homines viventes, baptizati, rationis & dolique capaces, unde non possunt excommunicari non baptizati, & infideles, nec carentes ratione, nec non habentes, n. 26. Neque Universitas, c. Romana. §. h. t. in 6. n. 27. Excommunicatio generaliter lata legibus, vel subditos excommunicantis, non autem pertinet ad nos, seu extraneos, c. A nobis. §. h. t. in 28. & 29.

§. II. Ob quam causam excommunicatio, vel censura ferri possit?

ASSERTIO I. Ob solum peccatum mortale infligi potest excommunicatio, vel alia censura, requiritur tamen, ut simul sit peccatum contra iuramentum, n. 30. **Ass. 2.** Excommunicatio non potest infligi peccatum merè internum, aut omnino occultum, n. 31. **Ass. 3.** Excommunicatio non potest infligi peccatum merè præteritum, num. 32. Ad incurrendam excommunicationem requiritur actus externus, sive peccatum in suo genere completum, ita ut effectus sit secutus, n. 33.

§. III. An excommunicationem necessariam præbeat admonitio Canonica, & quomodo aliter?

ASSERTIO I. Nulla excommunicatio infligitur, seu Iudice lata, propter peccatum præteritum, vel præsens, in quo reus contumaciè persistit, infligi debet, nisi præcesserit aliqua monitio, c. 1. h. t. in 6. n. 41.